



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

29 [i.e. 27]. De primo verbo Christi prolato in cruce. Luc. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

mus. 2. Considera Christum ad omnia op^o
probria nihil respondisse, vt nos doceret
amore Christi illa patienter ferenda, nec
loquendum nisi cum honor Dei, vel salus
animæ id exposcit, & ideo locutus est bo-
nolatrioni, non malo.

MEDITATIO XXVII.

De primo verba Christi prolato in cruce.

LUC. 23.

IESVS autem dicebat. Considera. Iesū hæc
septem verba extrema cū clamore va-
lido protulisse, copiosisq; lacrymis sāgui-
ne de capite defluente mixtis. Lacrymę o-
rationem rigabāt, sanguis exornabat, cla-
mor aures Patris penetrabat. Hæc & tu
admitte, ac expende, his enim sanctificata
sunt 7. Sacramenta, & impetrata 7. Spiri-
tus sancti dona, ac depulsa 7. capitalia vi-
tia. 2. Cōsidera, quis dixerit hæc verba? Fi-
lius Dei. Cui? Patri. Vbi? in arbore crucis.
quādo? proximus morti. Quomodo? ma-
nibus expansis in cruce stans, & sanguine
madens. Pro quibus? pro suis crucifixorib.
& omnibns peccatoribus. Quid petiit? re-
missionē peccatorū. Corā quib? etiā co-
ram hostibus, vt testes essent condonatio-
nis factæ.

T 3 Pa

PATER, *Dimitte illis.* Considera verba
 singula. *Pater*, quod est misericordiae me-
 men, non iustitiae, vt *Dominus*. q. d. *o pater*
 agnosce me filium. Pater filio nil recusat.
 Itaque quam carum habes me filium, ha-
 nunc me orātem exaudi. Cum enim idem
 crucem hanc ascenderim, vt veniam in-
 petrarem, nouam crucem mihi imponi
 si abnueris. Hanc vnam obedientiae meae
 postulo mercedem. 2. Considera vocem
Dimitte Fungitur officio Sacerdotis *Dominus*
 minus, orat enim pro peccatis populi
 & hostiae, nec gratuitam solum condonati-
 onem petit, sed & offert satisfactionem.
 Clamant vulnera, sanguis, sputa, dolores
Dimitte, haec pro peccatis eorum suscipi
 Petit autem sine conditione & absolute
 dimitte, vt discas remissionem peccatorum
 & diuinam gratiam absolute petendam
 quia semper ad Dei refertur gloriam
 inde non petit dimitti tantum peccata
 remissa, sed omnia etiam futura. 3. nota
 vocem. *illis.* id est, non tantum crucifixis
 bus, sed omnibus, qui peccatis suis causa
 dederunt meae passioni. Itaque neque
 ab hac oratione exclusus es.

Si quis relinquit quid faciunt. Considera
illis pro peccatis omnium, & laetam, non
 deus

PASSIONE DOMINICA. 295

dicis & accusatoris, sed defensoris partes
suscipere, cum tanta tamen peccati huius
fuerit malitia, vt nisi ignorantia nomine
extenuari potuerit, imò cum voluntaria
fuerit ignorantia, mirum est, quomodo
Iudæos excusare possit. Excusabit ergo
CHRISTVS nunc magis illorum peccata,
qui cum dolore inuocant nomen eius. Et
tu disce hoc exemplo excusare, non au-
gere exiguas proximi offensusculas. Se-
cundo, considera, Iudæos scuisse qui-
dem, quid mali agerent, sed nesciuisse,
quæ ipsis mala impenderent & omnes
peccatores, dum peccant, nesciunt quid
agant, quia si scirent quam grauitet Deū
offenderent, quantasque penas merean-
tur, millies mori mallet, *et*

MEDITATIO VIGESIMA

OCTAVA.

De secundo verbo Christi.

Luc. 23.

*Cum unus latronū Christo improperaret.
Sicut es Christus, saluū te fac de nos, alius*

F. + C. 116